

ANTONIUS COMES IN STAUFFEN.



**A**ntonius ex illustri familia comitum in Stauffen natus est, anno circiter 1520. Cum is fœlici ingenio insignis esset, parentum consilio operam literis dedit, atq; primis rudimentis intellectis, sese quoq; ad exteris nationes cōtulit. Ibi artium & lin guarum studia excoluit, & mediocrem rerum cognitionem sibi comparauit. Accedebat etiam uitæ integritas, & magna animi prudētia. Itaq; patre clarrisimo uita functo in ditionis administratione successit, & talē sese exhibuit, ut omnibus subditis gratissimus esset. Cum autem Antonius literarū multiplicem usum presertim in regionum gubernatoribus, cognouisset, filium quoq; suum optimè speia dolescentem literis instituendum præceptoribus commisit, atq; ingenij excelendi gratia in Galliam ad tempus ablegauit. Ipse uero in auita regione Bris gaudiæ etiamnum superest, atq; multis animi & corporis uirtutibus celebris agnoscitur, ut dignus sit, qui hoc loco magnis Germaniæ uiris adiūciatur. **A nonymos.**